

HEINRICVS PANTALEON MEDICVS ET HISTORICVS.
Basiliensis.



HEinricus honestis parentibus natus est Basileę idibus Iunij, anno 1522. Cum autem eo tempore Euangelij doctrina passim publicaretur, atq; pater eius Christianus Pantaleon ardentissimis uotis eam amplecteretur, literis ipsum imbui à teneris statim annis curauit, ita ut Heinricus postea sæpius fassus sit, sese nescire quo tēpore & quomodo prima literarum fundamēta iecerit, cum & loqui & legere unā ferē cœperit. Cum autem postea 1529 Basileę Ecclesia reformaret̃, atq; Ioannes Sphyractes scholæ S. Petri præficeretur, eodem præceptore usus Latinæ & Græcæ Grammaticæ rudimenta didicit. Postea cum Sphyractes ad maiora studia in Galliam proficisceret̃, atq; Antonius Vuildius anno 1531 eidē in Petrina scho-